


R E C T O R ET CONSILIUM PERPETUUM IN ACADEMIA LIPSIENSI.




Solet vestiariis Legibus ferè castigari elatorum hominum am-
bitio, qui, ut vel opulentia famam quærant sibi, vel nescio quid honoris externi ab ignotis
auferant, splendidiùs quàm pro statu suo vestiti Ordines & discrimina civium confundunt. Nobis in
contrariam partem consilia fuerunt hæctenus obliquanda, & imperandæ nostris Juvenibus vestes propè
ejusmodi, quæ, si alia essent tempora, videri poterant nimium habere elegantia. Scilicet Pennalisimus,
et initio sordibus & squalore pannosi habitûs se palàm efferebat: ita nunc sub cultu paulò modestiore
præstigias facit, & occultior esse cœpit, non melior. Nostrum est, detestabilem bestiam ex his etiam
insidiis depellere. Itaq; per hos dies affixo publicè programmate prædiximus, accuratissimam inqvi-
sitionem habituros esse nos in illos omnes, qui Potentissimi Electoris Edicto nondum paruisent, jubentis novitios habitu non
eo quidem patrimonii suis majore, sed nec alio tamen aspiciere publicum, quàm quo ipsi aliàs Pennalem exuere, si annum
inter Academicos exegissent, ultrò meditentur. Fecimus quoq; dictis fidem, & eos, qui Scholas triviales Academiâ nostrâ
jam inde ab annuo spacio mutassent, citari ad nos per famulum publicum jussimus eo ordine, quo nomen cujusq; Matri-
cula exhiberet, ut arbitrari ipsorum vestes, singulosq; coram officii sive sui admonere, sive nostri certiores facere possemus.
Sed evenit nobis, quod illis solet, quibus cum debitoribus malè fidis negotium intercedit. Non paucos domo abfuisse, mul-
tos hospitio, plerosq; ipsâ urbe excessisse renunciatum est nobis. ~~Alii~~ alii tempestatem, quæ immorigeros exceptura
est, effugere se posse credunt, si in agris delitescant aliquandiu; alii præsentem absunt, & rutos sese sive latibulis suis, sive
domesticorum dissimulantium mendaciis, sive hospitiorum, quæ subinde mutant, ignorabili varietate, existimant. Miseri
homines, qui tam ingeniosè mali sunt: veruntamen stolidi, si existimant, fraudibus suis nullum opponi posse remedium.
Quo ministrorum oculi pertingere non possunt, publica pertinet vis Edictorum: vosq; aut ex angulis vestris & cœcis cu-
bilibus protrahet in conspectum nostrum, aut pœnæ, quam frustra eludere conamini, merentes subjiciet. Sic enim habetote:
Quotcunq; novitii à Dominicâ Trinitatis anni superioris sexagesimi primi Reçtori ejus temporis æstivo sacramentum di-
xistis, ad proximum diem Martis; qui deinde sub hiberno Reçtoratu seqvente, qui à die Galli in diem hujus anni Georgio
sacrum porrigitur, albo Studiosorum inscripti estis, ad diem Mercurii; qui deniq; nostræ administrationis tempore mem-
bra Academiæ facti estis, ad diem Jovis comparere, & horâ quidem ante meridiem nonâ, in loco Consilii, per has literas ju-
bemini, ut judicium de amiçtu vestro fieri, & quid prætereâ opus sit facto, admoneri queat. Nomina omnium vestra habe-
mus in tabulis, neq; ipsi potestis ignorare, cui Reçtori fidem juratam dederitis. Nominatim ergò, hoc quidem tempore,
ut citaretur quisquam, supervacaneum duximus. Id tùm demum necessarium fiet, ubi ulciscenda veniet adesse detrectan-
tium contumacia. Quæ publicè affiguntur, eorum ignorantiam causari nemo potest, ne quidem illi, quos vel tortor in-
ternus in agros dissipavit, vel secessum quærare nostrum jussit imperium. Hi enim, ut rumusculos omnes de hoc negotio
captare solent, facilè venient in hujus scripti conscientiam. Itaq; hoc illis simul edictum esto, quicumq; statutis diebus,
cùm sint inter novitios, zopiam sui nobis non fecerint, eos expressis nominibus publicè primùm solenniterq; citatum iri:
ubi & ad has citationes obsurduerint, atq; adeò se nostræ cognitioni protervè subduxerint, pro convictis habendos, & veluti
qui hæc extremâ contumaciâ damnatæ factionis socios, & adversùs tot Mandata Clementissimi Principis nostri rebelles se
manifestè profiteantur, publicè ab hoc corpore Academico abscindendos, suisq; prætereâ, quos domi habet quisq; Magi-
stratibus deferendos à nobis esse. Temperavimus severitatem justâ mansuetudine. Vos qui sanabiles estis, manum medi-
cam ne subterfugite! Qui animum in flagitio obduruistis, certum malum exspectate. P. P. Dominicâ I. Post Trinitatis
ipsis Calendis Juniis A. C. M DC LXII.





R E C T O R ET CONSILIUM PERPETUUM IN ACADEMIA LIPSIENSI.



Olet vestiariis Legibus ferè castigari elatorum hominum am-



fitionem ha
eo quidem
inter Acade
jam inde ab

cula exhiberet, ut arbitrari ipsorum vestes, linguosq; coram
Sed eventit nobis, quod illis solet, quibus cum debitoribus malè fidis negotium intercedit. Non paucos domo abfuisse, mul-
tos hospitio, plerosq; ipsâ urbe excessisse renunciatum est nobis. ~~Alii~~ alii tempestatem, quæ immorigeros exceptura
est, effugere se posse credunt, si in agris delitescant aliquandiu; alii præsentibus absunt, & rutos sese sive latibulis suis, sive
domesticorum disimulantium mendaciis, sive hospitiorum, quæ subinde mutant, ignorabili varietate, existimant. Miseri
homines, qui tam ingeniosè mali sunt: veruntamen stolidi, si existimant, fraudibus suis nullum opponi posse remedium.
Quo ministrorum oculi pertingere non possunt, publica pertinet vis Edictorum: vosq; aut ex angulis vestris & cæcis cu-
bilibus protrahet in conspectum nostrum, aut poenæ, quam frustrâ eludere conamini, merentes subiciet. Sic enim habetote:
Quotcunq; novitii à Dominicâ Trinitatis anni superioris sexagesimi primi Rectori ejus temporis æstivo sacramentum di-
xistis, ad proximum diem Martis; qui deinde sub hiberno Rectoratu sequente, qui à die Galli in diem hujus anni Georgio
sacrum porrigitur, albo Studiosorum inscripti estis, ad diem Mercurii; qui deniq; nostræ administrationis tempore mem-
bra Academiae facti estis, ad diem Jovis comparere, & horâ quidem ante meridiem nonâ, in loco Consilii, per has literas ju-
bimini, ut iudicium de amictu vestro fieri, & quid prætereâ opus sit facto, admoneri queat. Nomina omnium vestra habe-
mus in tabulis, neq; ipsi potestis ignorare, cui Rectori fidem juratam dederitis. Nominatim ergò, hoc quidem tempore,
ut citaretur quisquam, supervacaneum duximus. Id tùm demum necessarium fiet, ubi ulciscenda veniet adesse decretan-
tium contumacia. Quæ publicè affiguntur, eorum ignorantiam causari nemo potest, ne quidem illi, quos vel tortor in-
ternus in agros dissipavit, vel secessum quærere nostrum jus sit imperium. Hi enim, ut rumusculos omnes de hoc negotio
captare solent, facile venient in hujus scripti conscientiam. Itaq; hoc illis simul edictum esto, quicumq; statutis diebus,
cùm sint inter novitios, zopiam sui nobis non fecerint, eos expressis nominibus publicè primùm solenniterq; citatum iri:
ubi & ad has citationes obsurderint, atq; adeò se nostræ cognitioni protervè subduxerint, pro convictis habendos, & veluti
qui hâc extremâ contumaciâ damnatæ factionis socios, & adversus tot Mandata Clementissimi Principis nostri rebelles se
manifestè profiteantur, publicè ab hoc corpore Academico abscindendos, suisq; prætereâ, quos domi habet quisq; Magi-
stratibus deferendos à nobis esse. Temperavimus severitatem justâ mansuetudine. Vos qui sanabiles estis, manum medi-
cam ne subterfugite! Qui animum in flagitio obduruistis, certum malum expectate. P. P. Dominicâ I. Post Trinitatis
ipsis Calendis Junii A. C. M DC LXII.

